Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium Vnicum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

genera cum suis proprietatibus enumeravit, sic modo
ea quae ad omnia suprema genera pertinent explanat.
Haec autem ut melius intelligantur sit.

Dubium Vnicum

Quid sit Postprae-dicamentum, et quot sint Postprædicamenta ab Aristotele enume-rata?

Conclusio Prima.

Postp-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Postpraedicamentum nihil est aliud quam proprietas quaedam consequens praedicamenta tanquam motus aliquis imperfectus. Defin. Postpraedicamenti.

Explicatur definitio. Nomine proprietatis, non intelligitur proprietas rigorosè accepta, alias motus et relationes et potentia reproductiva quae emanant ab essentia rei, essent postpraedicamenta quod tamen falsum est, cum spectent ad praedicamentum qualitatis. Intelligitur ergo nomine proprietatis aliquid connexum cum praedicamentis, sive ad illa consequatur, sive antecedenter ad illa se habeat, quod videtur posse per praedicamentum motus; licet enim ille se antecedenter habeat ad aliqua praedicamenta ut est motus generationis quae antecedit substantiam genitam tanquam via ad ipsam, et motus localis antecedit ubi seu praesentiam localem, tanquam via sive terminum, adhuc tamen motus est postpraedicamentum, quia est quid connexum cum praedicamentis et semper comitatur illa, quamvis et potest dici, motum semper praesupponere causam agentem vel moventem, et sic consequenter ad aliqua saltem praedicamenta sequitur scilicet substantiam et actionem. Si Proprietas quid? Ratio cur.

Conclusio Secunda.

Quinque Aristoteles enumeravit postpraedicamenta. Oppositio. Prius. Simul. Motus. et habere.
1. 2. 3. 4. 5.

Hac

Hae postpraedicamenta reperiuntur in omnibus praedicamentis, licet non eodem modo, ut patet. Omnia praedicamenta enim

Oppositio 1 sunt distinctionem, cum sint ipsa diversa genera et sunt oppositionem. omnis enim distinctio fundatur in aliqua oppositione. oppositio ergo reperitur in singulis praedicamentis quia singula explicant diversas formalitates quas et inter se habebunt oppositionem saltem, saltem contradictoriam, una namque affert negationem alterius.

Prius. 2 Deinde praedicamentum substantiae est prius natura omnibus aliis praedicamentis, quia omnia accidentium genera fundantur in substantia, quapropter in ipso ordine, quae saltem prius esse debet. Nec tamen prioritas reperitur in substantia, sed et in aliis omnibus supremis generibus, quia ut recte hic ait Caietanus, omnia genera sunt priora suis speciebus, species vero sunt priores suis individuis.

Simul. 3 Tertium postpraedicamentum convenit et omnibus praedicamentis quia omnia sunt simul tempore ut patet.

Motus 4 Quartum postpraedicamentum reperitur et in singulis praedicamentis, non tamen aequaliter, motus enim tamen ad quatuor genera scilicet: substantiam, quantitatem, qualitatem, et ubi, datur per se. ad alia autem praedicamenta motus tamen datur per accidens, consistunt ad praedicamentum relationis.

Habere. 5 Quintum postpraedicamentum comitatur substantiam respectu caeterorum praedicamentorum, imo cum habere sit quod

com

communissimum et singulis convenit potentiis, cum nulla sit potentia quae ad minus non habeat suum oppositum sentitum, ut patet.

Et quarto sufficienter enumeraverunt postpraedicamenta patet imprimis ex consensu auctorum omnium, qui unanimiter haec 5. postpraedicamenta agnoscunt et nec plura admittunt. Deinde patet idipsum inductione, non enim potest dari aliqua qualitas consequens praedicata quae ad haec 5. non revocetur.

Explicato ergo numero 5. postpraedicamentorum in communi, restat ut de singulis agamus in particulari. Inter quae primum locum obtinet Oppositio seu Antithesis, cuius ipse naturam non quidem definiendo, sed dividendo solum declaravit. Potest autem oppositio in communi non inconvenienter definiri hoc modo.

Oppositio est repugnantia duorum extremorum quae se mutuo et determinate ab eodem subiecto quod idem excludunt, ergo simul convenire non possunt.

In qua definitione notanda est illa particula determinate, nam aliqua dicuntur opposita improprie, nec esse est, ut se determinate ab eodem excludant, qualiter se forma leonis et albi disparata, quae licet sibi incompatibilis cum alia forma in eadem materia, ita tamen hanc incompatibilitatem cum illa formaliter possidet quam cum alia quacunque forma, ideo forma leonis et albi non sunt proprie inter se oppositae, sed vocantur disparata, quae non sunt ita

repugnantia

repugnant univtio sed aequaliter pluribus
aliis. Et nota hic nos non loqui de oppositione propria, de
qua in summulis. Quia est oppositio complexo-
rum, sed loquimur de oppositione rerum simplicium, quam
vocas in singulis productis hactenus declaravimus.
De hac ergo oppositione agimus in praesenti, et ut melius intelli-
gatur singula eius membra in quae divisa est ab
Arte, examinabimus. Et sunt quatuor membra.

Oppositio quadruplex.
Divisio oppositionis.

Oppositio relativa quae scilicet pater opponitur filio; Oppositio
contraria, qua calor opponitur frigori. Oppositio pri-
vativa qua caecitas opponitur visui. Et tandem
Oppositio contradictoria qua stare opponitur v.g.
non stare.

Notandum.

Divisionem oppositionis esse analogi in analogata. probatur.

Antequam descendamus ad haec membra,
duas prius quaestiones solvere oportet. Prima, an
haec divisio oppositionis sit generis in species, an vero
analogi in sua analogata. Cui quaestioni R. non
esse divisionem generis in species, sed analogi in
sua analogata. quod probatur. ratio oppositionis principa-
liter et magis, convenit contradictoriae oppositioni, caeteris
vero minus principaliter et in ordine ad hanc
ergo est analogi in sua analogata. probatur ant.
oppositio consistit in repugnantia, sed contradicto-
ria magis repugnant, quia numquam in infinitum
distant, et in nullo conveniunt, saltem a. saltem
in aliquo convenire videntur. ergo ratio oppositionis prin-
cipaliter et magis convenit oppositioni contradictoriae.
Quia v. consequentia bene infertur. tunc nota divisio analo-

in

in analogatis quod unum membrum principaliter et magis participat rationem divisi, caetera vero tum in ordine ad illud. Ubi et [illegible] oppositionem quae est in quatuor ista membra dividi non esse membrum entis rationis ut volunt, sed esse membrum entis realis, quia imprimis oppositio numeratur ab [illegible] inter [illegible], sed [illegible] non est ens rationis ut de se patet. ergo nec oppositio erit membrum entis rationis. Similiter calor et frigus a parte rei sine ulla dependentia ab intellectu sunt mutuo repugnantia, et conantur se invicem destruere, ergo haec oppositio erit ens rationis non. cum detur a parte rei, et ergo nec oppositio in communi erit ens rationis, alias ut inferiora, quia omnia essent eiusdem entitatis, cum omne id quod de specie superiori, sit et de specie inferiori. Tertio denique in divinis inter Patrem et Filium datur realis oppositio relativa per quam opponuntur, et tamen divinae distinguuntur realiter inter se. ergo oppositio in oppositio [illegible] non dicit aliquid rationis.

Secunda quaestio est an haec divisio sit adaequata, ita ut nulla alia detur oppositio quam ad quatuor ista membra non reducatur. vel utrum sint bina tum membra [illegible] dividentia. Cui quaestioni Resp. hanc divisionem esse adaequatam et sufficientem et [illegible] sufficientia sumitur ex hoc quod oppositio aut ~~[illegible]~~ tendat inter ens et non ens, aut inter entia. si at tendat ergo [illegible] modo id fit dupliciter . vel n.[illegible] oppositio inter ens et non ens simpliciter et [illegible] ~~et~~

et sit

et sic e contradictio, vel inter ens et non ens in toto subiecto et sic e oppositio privativa. Si vero at, tendatur secundo modo id est dupliciter contingit. vel n. e oppositio inter entia se mutuo expellentia ab eodem subiecto, et sic e contrarietas, vel e inter entia ad invicem contraposita, et sic e oppositio relativa. Et inter quatuor istas oppositiones si fuerit considerentur in ratione oppositionis primum locum tenet oppositio contradictoria, secundum privativa. tertium contraria. quartum relativa. Si vero considerentur in ratione entis tunc primum locum tenet oppositio relativa. secundum contraria. tertium privativa. quartum contradictoria. Has ergo oppositiones in quarta consideratione accipiemus et de illarum singulis agemus. Unde sit.

Conclusio Tertià.

Oppositio relativa e repugnantia duarum relationum eidem subiecto et idem convenire non possunt. Ut pater et filius opponuntur relative, quia duas dicunt relationes sibi repugnantes quae eidem subiecto et idem convenire simul non possunt, bene eidem subiecto diversum respectum, idem homo potest esse pater et filius, non tamen subiecto et idem omnino, et haec repugnantia sive incompossibilitas conveniendi eidem, e perpetuo conveniens istis relativis eisdem, consistitque in quadam contrapositione qua se terminant contra sunt relativorum, utrumque id a quo respicit et quod terminat, quia ergo implicat, quod idem subiectum et idem respiciat et terminet et ipsum respec, tum, hinc e quod relativa opponuntur inter se; quaeritur a relatione opponantur ad se ipsis, an vero quod relato supradictas

dicitur e s

dictum est supra. Per sua n. entitatem opponuntur inter se, non per relationem superadditam, licet verum sit quod ex ipsis relativis quatenus distinctis quae se invicem respiciunt resultet quidam modus qui est oppositio formalis, qua formaliter sunt opposita; et iste modus vocatur oppositio relativa. Differt autem oppositio relativa ab aliis oppositis, quod illa quae relative opponuntur quod unum est in rerum natura, et alterum esse debet, cum relativa se mutuo ponant et tollant, quod recte aliis oppositis non competit, imo e contra posito uno extremo, alterum destrui necesse est, ut patet in calore et frigore.

Conclusio Quarta.

Oppositio contraria est repugnantia mutua duorum accidentium positivorum quae sub eodem genere maxime distant, et eidem subiecto in [illegible] insunt, ab eoque se mutuo expellunt, nisi alterum insit a natura.

Vel clarius; Contraria sunt illa quae posita sub eodem genere maxime distant, et ab eodem se mutuo subiecto expellunt, nisi alterum insit a natura.

Per accidentia positiva intelliguntur qualitates inter quas solas datur vera contrarietas; nomine generis potest intelligi, tam genus proximum quam remotum, sicut albedo et nigredo opponuntur contrarie, quia sunt accidentia positiva nempe qualitates quae sub eodem genere proximo scilicet colore, maxime differunt; iustitia vero et iniustitia contrariantur inter se, licet non habeant idem genus proximum, cum genus proximum iustitiae sit virtus, iniustitiae autem vitium. Sunt tamen idem

genus

generi remoto se. habitu sub quo nosse distant. Dictum est in definitione quod eidem subjecto vicissim insunt, ut calor et frigus vicissim insunt eidem aquae, modo nunc est calida, modo frigida. Dictum est et quod mutuo se debeant ab eodem subjecto expellere, et hoc proprium patet in eodem exemplo frigoris et caloris; additum tamen est nisi forte alterum insit a natura, quia si alterum insit a natura huiusmodi naturalis proprietas, nullo modo a subjecto separabilis, non est necesse ut vicissim insit eidem subjecto; neque et tunc se mutuo expellent proprie, ut v.g. calor et frigus non insunt vicissim igni, neque se mutuo ab eodem expellunt, quia calor inest igni a natura huiusmodi naturalis illius proprietas; itaque summatim ad gravitatem reliqua, quae sunt qualitates quae sub eodem genere, sive remoto sive proximo nosse distant et se mutuo ab eodem subjecto expellunt, nisi alterum insit a natura. Dividit autem Artes contraria in contraria immediata, et contraria mediata. Contraria immediata sunt illa quae sibi immediate repugnant, et nullum admittunt medium, ut sanum et infirmum, sunt contraria immediata, nullum enim datur subjectum capax se. quod non sit sanum neque infirmum. Notandum est et istum opponuntur immediate. et hoc intelligi debet de reliquis quae aptae sunt ad recipiendas tales contrarias qualitates si enim de obiecto inepto et incapaci loquimur certum est dari aliquid quod neque sit sanum neque infirmum, ut lapis, neque sanus neque infirmus est, verumtamen lapis non est subjectum aptum ad recipiendam sanitatem vel infirmitatem. Contraria mediata sunt illa quae sibi ita repug-

nant

nant, ut habeant aliq medium, et hoc modo contrariantur albedo et nigredo quae medio habent aliud colorem viridem, vel fuscum. Medium potest dici illud de quo utrumque contrarium absolute negari potest, ut fuscum est illud, quod nec absolute est album, nec absolute nigrum. licet possit dici quod sit quid mixtum ex albo et nigro.

Conclusio Quinta.

Oppositio privativa est repugnantia mutua inter formam alicui subiecto debitam et illius privationem quo modo opponuntur caecitas et visus.

Pro huius intelligentia notandum privationem in communi esse negationem formae in subiecto apto ad tollendam formam. et haec duplex est. alia quae immediate respicit subiectum non media forma prius ab illa habita. v.g. ignorantia respicit, ut notum immediate sive fuerit in illo prius scientia sive non. et idem est de tenebris quae respiciunt aerem, sive in illo fuerit lux sive non.

Alia est privatio strictius sumpta, quae non respicit subiectum immediate, sed media forma qua privat, prius a subiecto habita. sic mors est privatio vitae in subiecto prius habita, quod non v.g. aliquis dicitur mortuus, nisi prius habuerit vitam qua mors privat. ita et caecitas est privatio visus in subiecto in quo antea fuit, vel in quo fuisset, sed ea in actionis productione visus ad esset aliquod impedimentum in organo in quo residet aliqua forma qua non potest exercere suum actum nisi tollatur impedimentum quod contingit caecos a nativitate qui licet numquam habuerint visum ex vi tamen generationis habuerunt illum, nisi organum in quo debet recipi esset laesum.

ex hac distinctione colligenda est veritas illius dicti Aristotelis hic asserentis, a forma ad privationem, dari

regressum

regressum, non vero à privatione ad habitum sive formam qua privat. quod dictum non intelligendum neque verum si abstracte sumatur, cum à tenebris ad lucem, à quiete ad motum frequentissime detur regressus. quare ut docet S. Thomas hoc dictum tantum veritatem habet in iis privationibus, quae non immediate respiciunt subjectum, sed mediante forma. ab his n. non datur regressus ad formas naturaliter. ut à morte ad vitam, à caecitate ad visum non datur regressus naturaliter. supernaturaliter id fieri posse nullus ambigit Christianus. De aliis vero privationibus quae sunt primi generis dictum Artis minime verificatur neque de istis locutus est Artes.

Conclusio Sexta.

Oppositio contradictoria est repugnantia mutua inter quamcunque rem et ejus negationem, ut homo et non homo, ens et non ens, opponuntur contradictorie. et haec est maxima omnium oppositionum, quia extrema hujus oppositionis in nullo conveniunt et quasi in infinitum distant, quod in aliis oppositis non reperitur. opposita n. relative, conveniunt in genere relationis, opposita contraria in genere qualitatis. opposita privative in subjecto apto ad recipiendam formam. opposita vero contradictoria in nullo conveniunt, et ideo maxime opponuntur. neque dicas contraria magis distant, quia habent medium quoddam, ergo contradictoria minus distant quia nullum habent medium. R. n. contraria physice et materialiter magis distare, non tamen in linea repugnantiae et formaliter, sicut duo asseres conglutinati, non immediate sed in aliquo medio physice magis distant, non tamen in linea repugnantiae et oppositionis formaliter quae consistit in incompossibilitate plurium formarum in

eodem

eodem [illegible]. quo minus quo una forma cum alia [illegible] pt, eo magis repugnat et distat ab illa. Sed nihil minus pt pati aliqua res quam sua negationem, quo opp, ... ptradictoria sunt maxima et haec sint dicta de [illegible] perfectione.

7ma Postpraedicamentum vocatur Prius quod nihil est aliud quam modus quidam realis imperfectus [illegible] quem una res dr prior altera. — Defio Prius.

Sunt autem varii modi prioritatis, quae est prioritas [illegible] qua una res dr prior altera, tpre: sic senex, genanus est prior tpre hoc iuvene. 2o est prior ordine. et dr prioritas ordinis. reperitur in illis rebus quae vel hunt rationem principii vel partis respi alterius. sic unitas dr prior numero binario, et binarius ternario. Syllaba et dr prior ipsis verbis, quia verba ex syllabis componuntur. 3o dr unum prius alio, dignitate, et est quo unum praecedit alio in honore, et dignitatis, et haec prioritas est imperfectissima ut ait Antes in [illegible] logico; licet in [illegible] politico multum pondus habeat. 4o dr unum prius alio prioritate cognitione, quia sc: ab illo non valet subsistentia consequentia, et tali modo ... sunt [illegible] superiora de [illegible]. — Prioritas multiplex. 1. Prioritas tpre. 2. Prioritas ordine. 3. Prioritas digni. tate. 4. Prioritas conse. quentiae.

His 4. prioritatibus addidit Antes 5am quae dr prioritas naturae quae reperitur in illis rebus quae licet inter se quer. tant, tamen una est causa alterius et non e contra. sic [illegible] hominis ... est prior risibilitate, prioritate naturae, licet [illegible] inter se convertantur ut patet, tamen [illegible] est causa risibilitatis, non autem risibilitas [illegible]. Et haec prioritas non est prioritas in quo, sed a quo. non enim petitur ut aliquid sit prius natura alio, quod in aliquo priori tpris prius existat, quae prioritas dr in quo. — 5. Prioritas naturae ab Ante addita.

Hae

stat ergo prioritate naturae prior esse sol luce, et cum causa sine ratione sua proprietate, quae eadem est causa proprietatis, non tamen prius tempore existit, itaque ad prioritatem naturae petitur requiri ut unum sit causa alterius, licet inter se convertantur, et simul tempore existant. Ex quo patet quomodo distinguatur prioritas naturae a prioritate temporis. Aliam prioritatem assignant in divinis quam vocant prioritatem originis, quae consistit in productione, sive emanatione unius personae divinae ab alia, quia una persona est producens, alia producta, persona producens dicitur prior origine persona producta, et persona producta dicitur posterior origine, sic pater prior filio in divinis, et haec prioritas nec est prioritas in quo, ut patet, nec prioritas a quo, quia una persona non est causa alterius licet sit principium alterius. Verum haec theologis relinquamus.

Definitio Simul. — Postremo ponitur Simul, et est modus quidam realis quo duae res dicuntur simul esse;

Simultas duplex. — Est autem simultas duplex. alia temporis, alia naturae;

Simultas temporis. — simultas temporis est quando duo in eodem tempore fiunt aut sunt, sic duo gemelli et sua proprietate dicuntur simul tempore.

Simultas naturae. — Simultas naturae est inter illa quae inter se convertuntur, et nec quae simul sunt tempore tamen unum non est causa alterius. sic duo relativa dicuntur simul natura, quia eadem inter se convertuntur verum tamen in genere relationis non est causa alterius. sic pater est simul natura cum filio, itaque ad simultatem naturae petitur quod se mutuo inferant, et unum non sit causa alterius, ut pater et filius ~~no~~ se mutuo inferunt tamen unum non est causa alterius in genere relationis et in hoc differt simultas naturae a prioritate naturae.

Distra

Distra divisiones generum sunt simul natura in genere dividendi generis praecise, si n. ... se spectentur non repugnat quod una sit prior alia, debet ergo sumi ... quod dividunt genus, sic n. quaerunt quasi inter se, et una nec est causa alterius quod ad simultatem naturae sufficit.

4m Postpraedicamentum vocatur Motus, et est quoddam accidens imperfectum quo res aliter se habet aliter quam prius. Vel motus est actus entis in potentia prout in potentia, et de hoc latius in physica. Huius postpraedicamenti sex species assignat Aristoteles ex modo quo membra dividentia solent vocari species et sunt sequentes. Generatio. Corruptio. ~~Agitatio~~ Augmentatio. Diminutio. Alteratio. Latio seu motus localis. de quibus ibidem.

5m. Postpraedicamentum et ultimum est Habere. Ubi nota quod habere dicatur multipliciter. 1o n. habere sumitur communiter prout idem valet ac possidere aut habere aliquid quocunque modo sive per inhaerentiam sive per relationem sive per affectionem; ut quis aliquis dicitur habere pecunias, amicos, scientias, et habere in hac acceptione constituit hoc ultimum postpraedicamentum. 2o sumitur minus communiter, pro ut est quoddam accidens medium actionis et passionis, inter rem habentem et rem habitam ut cum dicimur vestiti aut armati, vestium aut armorum adiacentia; et in hac acceptione constituit ultimum praedicamentum habitus. 3o sumitur adhuc minus communiter, prout scilicet est id quo res bene vel male se habet ad naturam vel operationem, et sic habere spectat ad praedicamentum qualitatis. Ergo hic patet quid sit postpraedicamentum habere quomodo distinguatur et habitu ultimo praedicamento et ab habitu qui ponitur in 1a specie qualitatis.

Olivier ...

Obicies 1o Ens, voluntas, et motus sequuntur potentia et tamen non sunt perfectiones, ergo definitio perfectionis non erit bona. consequentia patet. probatur antecedens. ens sequitur substantiam et omnem potentiam entis, item voluntas et motus sequuntur horum quae substantia, ergo antecedens verum.

R. Negatur minor: quoad primum. quia n. non sequitur potentiam sed potius antecedit illa et est eorum fundamentum omnium potentiarum, unde in antepraedicamentis de analogia entis respectu substantiae et accidentis dictum est. Ad perfectionem requiritur ut saltem sequatur aut comitetur potentiam; et non volumus dicere quod perfectiones tantum debent sequi potentia, sed hoc saltem petitur ut sit perfectionem, alioquin esse prior creaturis et tamen non esse potentiam, item ens opponitur non enti, et tamen ens ut sic non est potentiam neque ponitur in illa potentia. Quoad voluntatem et motum quod carnet R. Haec duo non esse perfectionem, quia non sequuntur horum [illegible] magis aliquis in effectu sed ut quid completum et effectum. Distinguo sed ... maiorem: sequuntur potentiam ut quid completum et effectum in sua linea concedo maiorem: ut quid in effectum. nego maiorem. et tunc consequentia minorem: negatis consequentiam. et [illegible] proprietatis intelligimus quandam determinatam entitatem sequentem ipsa potentia, et non intelligimus proprietatem rigorose, quae sumpta ut supra.

Obicies 2o Omnis bona divisio debet fieri per membra opposita sed membra divisionis qua oppositio dividitur in quatuor genera, non sunt opposita ergo praedicta divisio non erit bona. maior et consequentia patent, probatur minor. si membra oppositionis opponerentur, ergo [illegible] mediante aliqua oppositione et sic usque dare[n]tur alia oppositio, et sic in infinitum. quod tamen absurdum est.

Confir

Confirmatur argumentum. membra huius divisionis invicem se in-
cludunt. atque hoc est contra leges bonae divisionis. probatur maior. quia
oppositio contradictoria in ceteris oppositis includitur, quia omne oppositum
infert oppositionem negationem sui oppositi, ut frigidum in-
fert negationem calidi. et sic de aliis. ergo.

R. Negatur minor: ad probationem dices, membra huius di-
visionis opponi inter se non per aliquam oppositionem superadditam,
tam sed seipsis, quia sunt rationes sufficientes opponendi.
et sic negatur processus in infinitum. R. 2o. concesso quod
membra huius divisionis opponantur aliqua oppositione, improprie
tamen, quae solet vocari distantia; qualis oppositio certe
reperitur inter species diversas alicuius generis, negatur
tamen ex hoc sequi processum in infinitum, quia in his quae mem-
bris consunt quasi quaedam species convenientiae erit ad
oppositionem differentiam et sunt ibi deum distantia.

ad confirmationem R. membra huius divisionis materialiter et
identice se includere non autem formaliter, quod necesse
contra leges bonae divisionis, ut patet in divisione illa boni
in honestum, utile, et delectabile, quae divisio ab omnibus
philosophis legitima esse recipitur, et tamen membra illius
habent se ita inter se, ut unum cum alio materialiter iden-
tificetur, nam eadem res potest esse utilis, honesta et de-
lectabilis, ut videre est in studio litterarum quod in se hone-
stissimum est. et quod praeter honestatem magnam adfert
utilitatem et delectationem. Idem quoque dicimus de membris
huius divisionis quae ita sunt inter se comparata ut materialiter
se complectantur. eadem siquidem res potest opponi
contrarie et contradictorie v. g. albedo, opponitur contra-
rie nigredini, et etiam contradictorie, cum albedo in
se adferat negationem nigredinis. formaliter tamen haec
membra se invicem non includunt. [illegible]

Erac fructis oppos ghadictoria; alia contraria, alia privativa. rao n. formalis oppis ghad. dicitur, q. esse affirmaem et negaem eiusdem de eodem secundum idem; rao vero fructis oppis grariae, e. auferre extrema q. sub eodem genere maxe distant, et sic vicissim insint ab eoque se mutuo expellant, q certe oppio ghadictoria et privativa non hibt, ut patet. et sic de singulis oppitis fructis loquendo, q semper hunt aliquid fructis, q nullo pacto alteri membro diuis competit. et hoc sufficit ut diuio dicatur bona quia à simili ele diuisi beni ptatur e.

Obiicies 3o Rao oppis pdtr de illis quatuor membris, quia idem nomen et eandem raem. ergo pdtr univoce. et ergo erit genus respi illorum. ergo via patet, ptr aus. imprimis haec quatuor membra hunt idem nomen, ergo oia vocant noie oppis; quo ad raem oppis ptr aus. rao oppis in coie, non posse simul esse in eodem sibi adem, quod habe raoe coi oibus et eadem in oibus. ergo oppio pdtr de his q. membris quia idem nomen et quia eandem raem.

R. Neg. aus quo ad 2am partem, licet n. habeant idem nomen non tn participant eandem ratem eodem modo, sed rao oppis prio et magis oppio ghadictoria quam aliis ut dictum e, et ex hoc patet hanc diuisionem non esse generis in spes.
Contra, sequitur ex hoc ghadictoriam oppionem esse maxe talem et tn falsum e. cum oppio gra, ria magis participet raem oppis, q ptr. oppio grariae includit ghadictoriam, ergo magis participalit

raem

naam oppes, Ob ex dictis oppium gtrarium hic annexa gtradictionem non tn illam explicare in rae sua forti, q̃ qa gtradictio non includit gutter in illa ut dictum e. et sic adhuc manet q̃ oppite gtradictoria magis parti cipet naam oppus ratem, qa in illa repit minor guenientia, oppie vero gtraria minus participabit ratem oppus qa in illa repit maior guenientia, oppo sita er. gtrarie gueniunt in genere ut dictum e. idem dicimus de aliis membris oppos q̃ fallunt in aliquo guenientiam hnt. Veritu q̃ in rae entis oppite gtradictoria non sit membrum principale huius diuis, cum in rae entis minus participet, e tn principale membrum in sua forti oppos.

Contraria tn sententia q̃ censet esse diuisionem generis in spes et suam hit probabilitatem, licet non videatur firmior et communior et hec de postis potentis sufficiant. f.

COMENT..